

## Correction

Argumentum est res ficta quæ tamen fieri potuit ut argumenta comœdiarum. Ita describitur a Tullio in nouo Rhetoricorum primo. Est autem oratio præuia breuiter totius comœdiæ seriem et ordinem continens. Et hanc præscire necesse est, ut clarior in comœdiam ad actusque eius omnes aditus fiat. Cum autem doctor melius doctrinare non possit quam cum ea quæ dicit ad oculum discentis realiter demonstrat, id ego facere studui per hoc quod ad argumentorum declarationem comœdiarum omnium unam principalem sculpsi **figuram** ; in qua intuitu uno simplici respectus **personarum** cernitur omnium, qualisque **personarum** alt[er]cantium quadripartita et partialis divisio, medii quoque comici superuenientis semper in medium locatio, amantiumque per **linearum** tractus contraria positio. Has autem ita ut comœdiæ totius fundamentum habere uolentibus longe suspensionis labor absit, non sine laboribus redegī. Attentas igitur, o lector, præbe aures, et quis sit **figuræ** huius comœdiæ primæ intellectus carpe.

- 1) figuram : accusatif singulier de figura, -ae, f.
- 2) personarum : génitif pluriel de persona, -ae, f.
- 3) linearum : génitif pluriel de linea, -ae, f.
- 4) figuræ : génitif singulier de figura, -ae, f.